



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

8. Aprilis. 6. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

8. Aprilis. 6. Idus.

B GUILIELME, quem ex Abbatia *Promo-*
Villariensi Claravallis ad suum re- *tus año*
 gimen, & claritatis augmentum as- *1235.*
 sumpfit. In utriusque autem loci ad-
 ministratione benevolas manus tam
 filijs, quàm egenis, pari solitudine
 porrexisti; liberalitatem tuam DEO
 per inaudita miracula juvante. Cùm *Bos di-*
 nim aliquando bovem mactari præ- *stribu-*
 cepisses, quo pauperi & graviter infir- *tus in*
 mæ mulieri subvenires: atque is jam *paupe-*
 in frustra divisus, morbidam non à fa- *res, vi-*
 me solùm, sed etiam ab ægritudine li- *vus re-*
 beravisset: altera die, carniùm reliquijs *peritur*
 nusquam inventis, idem omnino bos,
 ejusdem coloris & formæ, è stabulo ad
 aratrum ductus est. Aliàs araneum be- *Arane-*
 ne grandem, sacro Calici illapsum, si *umil-*
 nè horrore glutijsti illæsus: pestifero a- *læsus*
 nimali, post integri anni circulum, *glutit.*
 absque damno per parvam digiti pu-
 stulam egresso. Plurimis ejusmodi pro-
 digijs clarum, Gregorius IX. unà cum
 alijs Abbatibus Romam vocavit, Con-
 cilij authoritate frenum protervæ ty-
 rannidi Friderici Imperatoris injectu-
 rus. Quo quidem impium prædonem
 damnavit sacer ille Senatus; sed in re-
 ditu

Multa patitur pro Ecclesia. ditu non pauci in illius retia incidisti inter quos & te in Lombardiæ finibus comprehensum, in carcerem detruxit. Cujus gravissima incommoda invicto animo perpeffus, in ipso libertatis limine, inter filiorum, te anxie quærentium manus, exspirasti. Tuum verò

Castitas in mortuo pro digiosè protegitur. corpus, cum pro recipiendo ultimo charitatis officio, in lavacro jaceret; tam luculentos de se radios diffudit: ut hebetati intuentium oculi, ne membra quidem inter se discernere: cælo, ut etiam post fata puritati tuæ angelicæ patrocina-retur, vestem prodigiosi luminis in tegumentum pudoris sub-

In morte gloriosus apparet. sternente. Ipsa porrò mortis horâ cu- idam sanctæ virgini, ornatus aureâ, rubrisq; gemmis distinctâ chlamide visus es, quas patientiæ tuæ præmium esse dicebas. *Veluti nulla virtus aliunde, nisi*

Castitas. è cælo trahit originem: ita vel maxime castimonie Verbum non omnes capiunt, nisi quibus datum est. Tu præcinge foriudine lumbos meos, ut periculosa hostium tela illæsus excipiam, magnòque semper animo repellam.

S. BERNARDUS, Tr. de mor. Episc.

Encomium Castitatis. Differunt quidem inter se; homo pudicus, & Angelus: sed felicitate, non virtute. Sed etsi illius castitas felicitior, hujus

*hujus tamen fortior esse cognoscitur.
Sola est Castitas, quæ in hoc morta-
litate, & loco, & tempore, statum
quendam immortalis gloria repræ-
sentat.*

9. Aprilis. 5. Idus.

B GUILIELME, ex strenuo milite, *Obijt*
ac opulentissimo domino Montis *anno*
Bessulani, humilis & pauper asceta cœ. *1157.*
nobis Grandissilvæ in Vasconia. Qui
abjectis voluptatum irritamentis, tan-
ta generositate animi fortissima Obe-
dientiæ arma induisti: ut vitæ rigore,
achumilitate, nulli esses omnino se-
cundus; admirandus omnibus & cha-
rus; maximè mellifluo BERNARDO. *Charus*
Quem cum in sua Claravalle languen- *S. Ber-*
tem inviseres; atque ad propria reme- *nardo;*
aturus, non sine vaticinio quodam sen-
su tristitiæ discederes; tanquam non
ultra illum inter mortales visurus: hac
te solitudine liberaturus, promisit:
effecturum se, ut desiderium tuum de-
nuo in hac vita impleatur. Illa igitur *qui ei*
nocte, quam pijsimus Pater habuit in *mortu-*
terris ultimam, te per visum dulciter *us pri-*
affatus, ad radices montis Libani de-
duxit: